Universitätsbibliothek Paderborn

Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis, quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, & praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque obeundi

Dirckinck, Johann

Coloniæ, 1690

V. Suspiria amorosa ad unionem cum Christo quæ finis est Sacramenti amabilis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-50863

Visual Library

que immenſi ſplendoris ſoles mirificè re-fulgent, & cœleſtium gratiarum radios evibrant. Appropinqua, anima mea, ut illuſtreris. O quis mihi dabit pennas & volabo & appropinquabo Regi meo, ut ab eo illuminer, accendar, & unus cum eo ſpiritus efficiar. Amen.

V. Suſpiria amoroſa ad unionem cum Chriſto quæ finis eſt Sacramenti amabilis.

I. O Rex Regum, & Domine Dominantium! anhelo & feſtino ad te, ut amore tecum indiſſolubili conjungar, in te quodammodo tranſmuter, & intimè uniar. O virtus ſanctiſſimi Sacramenti! me & te, res adeò diſtantes, non tantùm combina, ſed ex duobus unum effice: nam *Virtus Euchariſtiæ eſt unitas.* S. Auguſtin. ſerm. 9. de diverſis.

II. O virtus nobiliſſimi Sacramenti, me vivum Chriſti membrum effice; imò è duobus corporibus ac mentibus, unum quodammodo fiat individuum: nam *Virtus Euchariſtiæ eſt individuitas; quâ effecti membra Chriſti ſumus, quem accipimus.* Tertull, lib. de orat. c, 6.

III. O Virtus præſtantiſſimi Sacram[...] deſinam, per te, eſſe qui ſum, caro; [...] carnem Chriſti tranſeam. *Finis* enim [...] *jus Sacramenti eſt, ut in carnem C*[...] *tranſeamus.* S. Leo Epiſt. 25.

IV. O Virtus potentiſſimi Sacram[...] ti! transforma me in te: *Finis* enim [...] *chariſtiæ eſt, ut in Chriſtum transfo*[...] *mur.* S. Paſchaſius l. de corp. & ſang. C[...]

V. O Virtus diviniſſimi Sacram[...] Deifica nos, & effice: *Vt ſimus ſicut C*[...] *ſtus; quoniam Chriſtus quoque ſicut* [...] *efficiamur Dii propter ipſum; quia* *ipſe quoque propter nos homo factus* S. Greg. Naz. orat. 1. in nat.

VI. O Virtus dulciſſimi Sacram[...] fac, obſecro, *ut non tantùm* per ſacram[...] naxin *Chriſtiferi, ſed & concorpor*[...] *conſanguinei Chriſti evadamus.* S. Cy[...] Hieroſol. catech. 2. *In communione* [...] *fit unio continuationis & mixtionis;* [...] *ex duabus aquis vel ceris liquefacti*[...] *una.* S. Cyrill. l. 10. in Joan.

VII. O ſuaviſſimum Sacramentum [...] ferar in te velut oleaſter in bonam oliv[...] ut fructus dulces & divinos proferam

nam *In ſacra communione eſt unio inſitio-nis & inſitio ſpiritualis*. S. Dionyſ. Areop. de Eccl. Hierarch. c 3.

VIII. Denique, cùm teſtibus iiſdem SS. Patribus, in hoc amoris Sacramento, reperiatur *unio ignitionis*, ô virtus efficaciſſima Divinitatis & Humanitatis Chriſti, age in me, occupa me, transforma me, veluti ignis ferrum! quemadmodum enim ignis ferrum primò per calorem diſponit, deinde per propriam ſubſtantiam illud informat, ac denique transformat in ſeipſum, propriam ei virtutem & operationem communicans: Sic quoque tu, ô Ignis divine, ô Carbo Euchariſtice, primò mediante contactu tuo animam meam diſpone producendo gratiam; deinde propriam ei divinitatem communica; ac demum totam eam in teipſam transforma, operationum divinarum virtutem conferendo; ut ſicut ferrum, naturam ferri retinens, comparet tamen ut ignis, & agit ut ignis; ſic ego quoque propriam naturam retinens, & per intimum illapſum naturam divinam recipiens, non compaream, agamq; amplius ut creatura, ſed tanquam

Deus aliquis greſſus & mores divinos monſtrem & exhibeam. *R. P. Vinc. Caraffa de devot. erga SS. Sacram.*

O quando hoc fiet, Deus meus & omnia? & quî poſſibile eſt, ut non ſtatim? quî poſſibile eſt, ignem infinitum inſ cipere, & non ardere? tolle teporem, frigus & fiet. O fiat igitur! fiat!

Oratio I. Pro aſſiſtentia B. M. V.

O Mater Domini & Virgo glori mihi ſacrificanti hodie aſſiſtere gnare; & apud Filium tuum glorio mum pro me intercede, ut illis ſimiles moris & devotionis, gaudii & exulta nis affectus in corde meo ſentire me quos tu Filium tuum redivivum p aſpiciens, & eundem in ſacra Commu one primò recipiens perſenſiſti. Per e dem Chriſtum Dominum noſtrum. A

Oratio II. ad SS. Angelos.

O Sancte Angele Tutelaris, vosque Beati Spiritus, qui ad ſepulchr Domini piis mulieribus in albis appa iſtis: adeſte mihi hodie ad aram facie & Jeſum Nazarenum devotè quære docete me, ut Chriſtum viventem in

mo